

# ΠΑΡΑΜΥΘΙΑ

à

plurimū Reverendis, Excellentissimis, Clarissimis  
THEOLOGIS & SENIORIBUS,

ut &

Venerabilibus, Religiosissimis, Doctissimis  
æterni Evangelii QUIBUSDAM PRÆCONIBUS  
in inclutō & veteri

## DUCATU OLLSNENSI

ad R. V.

M. JOHANN. VIEBINGIUM

HABELSCHWERDA - GLACENSEM, apud LASANO - PETROVICENOS in DUCAT. SVIDNIC, antea adminiculante supremi Numinis gratiâ, ovium verbô divinô pascendarum PASTOREM, j.v. ob hanc diutinam temporum modernorum difficultatem  
illustris TECHNOPHYTEUTERII OLLSNICI  
RECTOR. & INSPECTOR.

## GOTHOFREDUM

FILIOLUM UNICUM, PUERUM CARUM ET RARUM, BEL-  
LUM & TENELLUM, MORATUM & PLACATUM

Annò ab incarnatō VERBO CIO IC CXLVI DOM. XII p.

S. Trinit. Fest. H. meridian. XII

DEO ita permittente, annò etat. X. currente, improviso Tor-  
minum malò accedente, piè, placidè, beatè denatum, amari lacru-

mis vi storgarum paternarum lugentem,  
ex sincero christiana œmœadæcias officio scripte,  
&

## ARÆ ÆTERNITATIS

Typis hereditariis JOHAN. SEYFFERTI consecrata A.C. 1647.

**Q**ui fuit in terris G NAT U S Tibi carus, AMICE,  
IS fuit in cœlis carior IPSE DEO.

Velle DEI placeat. G NAT U M committere CHRISTO

Est fas, quando suâ voce venire jubet.

Hic quām difficile est fateor, cohibere paternum  
Cordolium, lacrymis abstinuisse piis!

Condoleo ex animo; contristor Amicus Amici

Cordolio, atq; hominum vita quid excutio?

Est flos, bullæ, vapor, fumus, funusq; caducum,  
Nix, ventus, somnus, fabula, ros, folium.

Quid sumus o miser mortales? Gramen & umbra.

Lilia ceu marcent: sic perit omnis homo,

Ast contra stabilis, longa, & durabilis illa

Vita erit, Eleætis quam dabit ipse DEUS.

Nullus ibi dolor est, ubi Gnatus latus adorat

CHRIST U M perpetua gaudia PACIS agens.

## Metaphrasis.

Freund der Musen und der Meine/  
Dass Euch Gott mit Wermuth tränke/  
Und in herbes Leid versenke/  
Ich auf liebe mit Euch weine/  
Habe dieses auch erfahren  
Albereit für dreyzehn Jahren.

Kinder kommen von dem bergen/  
Und sind unser Fleisch und Blutt;  
Das ist gar ein frecher Mutch  
Der Sie nicht begräbe mit schmergen/  
Ihn ein Löwe hat gezeuget/  
Und ein Tigerthier gefänget.

Die Natur uns selber lehret/  
Lieben unsre Leibes Frucht;  
Auch das Wild liebt seine zucht/

Wütet wann Sie wird verschreet.  
Aber hier/ auch wie in allem/  
Thut das mittell Gott gefallen.

Herglich habt Ihr zwar geliebet  
Liebste Eltern Euren Sohn/  
Euer lenschen liebe lohn.  
Herglich seid Ihr auch betrübet  
Das im Lengen seiner Jahre  
Er liegt auf der Todeen bahre.

Aber mehr hat Gott behaget  
Euer Sohn/ und auf der Welt  
Ihn ins Paradis gestellt/  
Wo Ihn keine Krankheit plaget.  
Den Gott liebet/ auf dem leiden  
Sezt er zeitlich zu der freuden.

Denkfe

Denket das die letzten Zeiten/  
Wie uns Gottes Wort bericht/  
Und in aller Welt geschiht/  
Uns nur plagen zubereiten.

Hier ist streiten/hier ist kriegen/  
Dort ist fried / freudt und siegen.

Alle Menschen müssen sterben/  
Unser leben ist wie Heuw/  
Fliecht dahin wie Staub und Spreuw/  
Mus als eine Blum' verterben/  
Wie schne/ windt/ und rauch vergehn/  
Wie der Schatten/ nicht bestehn.

Wie das Schifflein auf der See  
Schnelle zu dem Hafen rent:  
Als ein Vogel fliecht behend /

ita alludendo ad Concionem funebrem Olsna habitam  
ex Ps. 8. v. 5 & 6. Die 22. Augusti in summō Templō ovu-  
pidisav suam declarare, & hæc pauca honoris & con-  
solationis ergo Adfini carissimo deproperare voluit

**M. GEORGIUS SEIDELIUS Ecclesie**  
*Aulice & Oppidana Pastor, Senior Primarius.*

**O** Sophie columen, VIBING I, lumen Hymetti,  
Et fulcrum claris parte in utrāq; chori,  
Cur tenuit tantus DENATI ob præcoqua NATI  
Funera, membra tremor, corda paterna dolor?  
Nonne est nostrarum mors ultima linea rerum?

An novit nostris parcere PARCA comis?  
Viribus an nostris, an donis ILLA movetur?  
Quis vitare potens ILLIUS arma valet?  
Mancipio NULLI datur hec terrena perenni  
Vita, cadunt Reges, paupera turba cadit,

A 2

Et

Und der Dampf steigt in die höhe!  
Also wir auch wieder werden  
Was Wir sind/zu Staub und Erden.

Drumb lust Gottes willen wallen/  
Was Er schafft und macht ist gutt/  
Kost es schon noch Euer Blutt/  
Ey so laste Euch auch gefallen.  
Der/ wie Euer Sohn gestorben/  
Lebet Ewig und vorber.

Lasset uns nun auch bemühen  
Wann nach uns der crærer Both  
Kommen wird der bleiche Todt/  
Das wir frölich auch hinziehen  
Zu den langen Ewigkeiten!

Kom und hilff uns HERD bereiten.

Et quid HOMO fastu turgens? Non ferreus umbo;  
Enredit in nihilum, qui fuit ante NIHIL.  
Aspice in Orbe PARENTS, non bellum surgere bellum!  
Quis scit quo maneant NOS necis ausa loco.  
Aspice tot scelerum facies! Quam sepè PARENTES  
Angit cordolum deliquiumq; pios!  
Ast qui discedit mundo puerilibus annis  
Liber ab URTICIS vivit in Arce DEI;  
Ridet & aeternum terrestria damna, Columbis  
Quae parat innocuis ense tagace NERO.  
Præterea, celebrat Vatum quem MNEMA piorum  
MÆNALIOS inter vivit in Orbe VIROS.  
Ergo Parenis tacitos gemitus effundere cessa.  
Sepè parat mæror FUNERA, corda vorat.  
Sit luxisse satis! Vivit pars optima cœlo  
GOTT FREDI, cuius clausula facta bona est.  
Nunc GOD OFREDUS ovat redimitus ueste coruscâ,  
Aetherei factus portio magna chori.  
Nunc laudat sine fine DEUM, nova cantica junctus  
Cætibus angelicis audit, amatq; PUER.  
O DEUS ad cœli concentus extrahē turbis  
Nos miseros Saclii, ne pereamus AMEN.

Cum flentibus Parentibus fleo, & threnodiâ hâc  
ultimum charitatis & honoris officium summæ ex-  
pectationis Adolescentulo exhibeo Adfinis  
ALBERTUS SCHÖVINIUS Ecclesie  
Trebniciæ Pastor, & Presbyterii OLSNENSIS  
Senior.

Inter furentis arma Martis concidunt  
Bona, que stetere, surgit omne noxiun<sup>m</sup>.  
Effundit OLSNA lacrumas, & dirutas  
Deplorat Ædes, arbores sevâ manus  
Luget recisas, raptâ sepè scriniis

Poffessa

Poffessa fractis, nec carere plurimis  
Nocumenta tot possunt acerba, luctibus.  
Sed majus, & nocentius multò malum  
Prudentium vires Virorum lancinat,  
Tristis Scholarum casus inde pullulat,  
Ecclesia quidquid, Reig<sup>s</sup>- publice  
Parat ruinam. Spernitur disertior  
Orator, & Miles beatur horridus,  
Bellona Musas Patriis è nidulis  
Mucrone pellit, cæde multâ luridò.  
Clangor tubarum, murmuransq; tympanum,  
Phœbi canorem suppressit melliflum<sup>m</sup>.  
Turpis Molossus farre multò pascitur,  
Calamitosò non vetante seculò;  
Pinguiscit & Caballus, estq; Bubsequæ,  
Est Mulioni victus, ac Porcario;  
Labore fessus sed pius DIDASCALUS,  
Vix panis impetrare nigri buceas  
E pridianò jure, quas voret, potest.  
Pubes salutis & senectæ cerea.  
Oblita, mores induit Cyclopicos,  
Castrensum seducta probris exulum<sup>m</sup>;  
Parentibus frequenter illudit, meri  
Versat dyotas, penulâ superbit, &  
Cinctu Gabinò; recta sed monentium,  
Ferenda ventis verba dat loquacibus,  
Sannis Magistros & petens ciconiâ.  
Non sic Tuus, VIEBINGE præstantissime,  
Ornate multâ luce, plurimâ cruce  
Probate, Gnatus. OLSNA, Stesia tener  
Ocellus OLIM, NUNC cadaver oppidi,  
Vix tale vidit, aut videbit corculum,  
Pietate plenum, melle plenum Musico.  
Vitale lumen haust ad DECENNIAU,

A 3

Volente

Volente CHRISTO; tantulo sed tempore,  
Sic LEGIS aeterna, PLUR, mysteriis,  
Sic artibus, ductu vacavit Patrio,  
Ut vicerit multos, opaca crinum,  
Quem Sylva velat aurium volumina,  
Lanugo mentum densior quem contegit.  
Præclare Vir, Te non adulor versibus  
Parum modestis. Nota sunt hac publicè.  
Hec concio scit OMNIS. Hec clamat SCHOLA.  
Hec Posteri loquentur, hac discentibus  
Proponet annis Doctor inseguentibus.  
Es ergo felicissimus Parentum.

Fui, reponis, Atropos demessuit,  
Odore ME Bonosq; dulci singulos,  
Mulcere nuper qui solebat, flosculum.  
Infractus, ah! jacet Senecta scipio,  
Matris voluptas, spes Patris, sub marmore,  
Marcet reposa. Mors severa surpuit  
Donum bonumq; luce dulci dulcius.  
Hinc lucentibus tabesco, planctu pectora,  
Orbesq; salsò rore molles expleo.

Pater Parenti credo. Lugeo decet  
Ceu Christianum, cordis hoc vulnus Tui  
Crudele, sevum, triste, non sanabile  
Machaonis, felice quamvis dexteræ.  
Humana sed cum nulla restant pharmaca,  
Divina præstò sunt piis. Hac ad�licat  
Tuus Tibi GODFREDUS, o Pater, Pater  
Mellite dixit, jam beatæ proximus  
Migrationi, non domi, non sum domi, [D. 17. August. hor.  
Domum volo, domum gemens desidero. 4. matutin.]  
Jam cogita, non hac Puer solus; per hunc  
Sed Spiritus locutus est Sanctissimus.  
Non hic habemus civitatis mania

Firma, manentis; sed futura quarimus  
Sedes prealtas, gaudiis plena meris  
Verisq; quas fuso Redemptor sanguine  
Struxit gregi credentium. Desiderat  
Has omnis, & JESU cupit consortium,  
Qui diligit JESUM. Tui mens, sedibus  
Illi recepta, Solis orbe clarior,  
Martis triumphat, Mortis atq; spicula,  
Morbi dolones, tot malorum tormenta,  
Noctu corusca quot videntur sidera.  
Hic multa supra scivit infirmæ modum  
Æstatulæ; nunc in palæstrâ Numinis  
Sudoris expers, noscit omne scibile.  
PIETATE multâ, CANDIDIS hic MORIBUS  
Fulgit; nitet nunc sanctitate coelicâ,  
Non inquinata vel levi labecula.  
Amissus & non est Tuus, premissus est:  
Reddet manus superna, quem fideliter  
In fascibus custodit viventium.  
Lethale vulnus hac ligent malagmata,  
Hoc aridum cor roboret solatum.

## COROLLARIUM.

Vita quid est, gelidam trepidus nisi cursus ad urnam;  
Sentibus & multis est via plena dolis?  
Felix, qui celeri tangit molimine metam,  
Carcere quem fracto, mulcet amica quies.  
Contigit hoc, VIEBINGE, Tuo, doctissime, Nato,  
Cur igitur lacrimis ora Paterna madent?  
Viro admodum Reverendo, Theologicâ & Philosophicâ eruditione  
prestantissimo, Amico & Fauori, vel ob merita in Filium, jugiter  
colendo, Patri jam - nunc mærore acerbissimò pleno, qualicunque  
hoc fomentum leniendis doloribus, panare voluit

MICHAEL KIRSTENIUS P. Smollensis.

Mærores

Firma,

**M**ærores novi, novi, Vir amande; dolores,  
Quos tua sentiscunt viscera cara Patris.  
Filius Ille tuus **GODOFREDUS** amabilis, in quo  
Et Patris & Matris spes stetit, Unus erat.  
Non Vomica, aut pestis, non pondus inutile terræ;  
Sed frugi, docilis, floridus Ille Puer.  
In Domini laudes Psalms proferre paratus;  
Eximios versus dicere promptus erat.  
Crescebat Vobis spes inde Parentibus, Ille  
Solamen, baculus post-modò nosfer erit.  
Est ita: ceu recreant flores mortalia corda:  
Flos oculis vestris sic **GODOFREDUS** erat.  
Formosus, lepidus, pius, obsequiosus, & inter  
Flores ceu reliquos Hic Rosa odora Puer.  
Illiis in lecto morbus cum membra teneret,  
En apparebant munera quanta DEI!  
Ingentes patiens tolerabat ventre dolores,  
Lenimen reputans vota precesq; suum.  
Divinum quiddam, Pueris per somnia binis [D. 17. August.  
Voce vocabaris quod, **GODOFREDE**, VENI. hor. 3. matut.  
Ad Condicipulos omnes, ignoscite, dicitis accedit.]  
Offensas, mea nunc bona, VALETE, VENIT.  
Ætatem superant teneram à Te verba profata;  
Auxilium à DOMINO provenit omne meum!  
Hinc oculi vestri lacrymarum flumine manant,  
Tam citò quod Vobis Flosculus Ille perit.  
Non Rosa vestra perit, ceu terrea flaccet in horto,  
Sed translata solo floret amœna Polo.  
Angelicos inter juvenes **GODOFREDUS** ovando  
De mundo victor lata trophya refert.  
Doctior est cunctis Doctoribus, altior omni,  
Quos mundus magni pensat, honore, cluit.  
Saltibus exultans sanctis cœlestia tempe  
Occupat [en!] carum delicium Domini.

Nec

Nec remeare cupit, videt fallacia mundi  
Gaudia perfecta prosperitate fruens.  
Illa dies veniet, Thesaurum reddet amatum  
Quà DEUS æthereis perpetæ pace plagis.  
Mærores igitur nimios de Corde Parentes  
Mittite. Premissus nam modò dexter Amor!  
Reverendo & Clarissimo Viro Dn. M. JOHANNI VIE-  
BINGIO Compatri & Adfini obitum præmaturum GO-  
DOFREDI, ingenui vultus, & optimæ spei PUERI, FI-  
LII UNICI & perchari, acerbissimè lugenti  
condol. & beata memoria ergo adpos.  
**ELIAS HOJERU S** Ecclesie Olsnensis  
Archidiaconus.

**O**spes fugaces! quicquid hic extantius  
Videmus, hocce credimus perennius.  
Sed hac misello blandiens persuasio  
Ult sapè frustra habet! tuus testabitur  
**GODOFREDUS** hoc satis, Vir ô clarissime,  
**GODOFREDUS**, ingvio, puer pulcherrimus:  
Spirans imago patris, entheus vigor  
Cuī mentis & cælo suo conterminus:  
Amor & Lepos amœnitatis & pio  
Votog; spieg; destinatus glorie  
Et augmini Generis tui. Sed occidit  
Primo sub avi flore Flos puertæ,  
Tristesq; noctes & dies parentibus  
Suis relinquit! & quis has lacrymas vetet?  
Ex liberis si plurimis partem manu  
Carpat tagace mors avara, patrium  
Lucum & dolorem leniunt superstites;  
Verum Columnam si domus hac unicam  
Injurioso proruat pede, idq; ubi  
Ætas senecta vix potest promittere  
Spem prolis ullam subsequæ, penetrabilis

B

Mage

Mage non in orbe est mentis agrimonia,  
Nec hanc diurnat ulla pertinaciū.  
Teneat tamen luctus modum, nec etnico  
Nos desleamus more nostros liberos,  
Quos mors acerbo sava mersit funere  
Volente factum est, & jubente Numine  
Quod omne jus vita necisq; in nos habet:  
DEUS est, DEUS, qui Filium dulcissimum  
Ad se vocavit, ne simul malignitas  
Mundi ruentis in scelus perverteret  
Mentis beatæ acumen illud innocens.  
Brevi nec est de vitâ amati pluribus  
Ut conqueraris, summus hic, DEI favor  
Supplavit annos, qui diutius Tuum  
Non passus est torquerier cruciatibus  
In officinâ hanc terminum gravissimis  
Nostri ipse causas ex sacris oraculis,  
Cur hunc vel illum mors satis maneat cito;  
At temporis prudens futuri ille arbiter  
Caliginosâ nocte jam premit DEUS  
Numerosores, quas nefas mortalium  
Rimarier sit curiosâ indagine.  
DEO proinde cede; Vir doctissime  
Nutumq; vimq; miri adora Numinis.  
Ut ille (quod Ranzovio olim SCALIGER  
Docti Imperator orbis & Miraculum)  
GNATOS ADEMPTOS Qui NIMIS DESIDERAT,  
INJURIOSUS IN RELICTOS EST PATER.  
Sic filium qui luget unicum nimis,  
Injuriosus audit OMNIUM in PATREM.

Viro Reverendo, Clarissimo, Eruditissimo Dn. M. Jo-  
hann. Viebingio &c. Filium unicum acerbissime lugenti  
magno commiserationis affectu deprop.

CHRISTOPHORUS FREITAGIUS P. L. E.

Julla

## Justa exequiarum GOTTFRIEDO - VIBIGEARUM

luctuosissima.

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello,  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ;  
Et teneri quicunq; urbes habitatis Amores,  
Quorumq; in sylvis fama pudica viret.  
Heu mihi, nonnè satis fuerit fleuisse meorum  
Funera, singultusq; elicuisse graves,  
Ni quoq;, CHARE Puer, tristi te flevere versu.  
Né tumulo tulero dona suprema tuo,  
Ni letho toties geminata voce vocaro  
Extinctum; aut sava struxero signa necis?  
Esto ita. Nam pietas meruit tua summa, jubetq;  
Patris Apollinei luctus amorg; tui.

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, Solve tenello;  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Flendus amor Patris miseri, Matrisq; solute  
In liquidas fontis corde perennis aquas.  
Complexa hæc corpus Gnatii miserabile, lethum  
Crudele & Parcas astrag; cuncta vocat.  
Olsnéæ approrerant plangentes pectora Matres  
Continuam fletus undam inhibere gravis.  
Ast animis ipsæ molles oculisq; liquescunt;  
Auctag; jam lachrymis largior unda fluit.  
Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Numinis Ille sacri metuens, jucundius unquam  
Nil precibus duxit, nil monitisq; piis.  
Obsequi dulces coluit pietate Parentes,  
Jussaq; prompta horum qualibet aure babit.

B 2

Blandi-

Blanditiis mulcens meritum tribuebat honorem  
Chaméa haud gaudens improbitate levi.  
Nec quoq; sustinuit factō lassisse molesto,  
Tradita queis viridis cura paterna gregio.

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Viderat hunc studiis & claris crescere factis,  
Ingenii comites vincere dote suos;  
Vidit & invidit puerō mors improba gnava,  
Commoda qui PATRIÆ magna daturus erat.  
Tunè impunè, inquit, spe tantà impleveris urbem?  
Non jam tu Templis profueris ve Foro.  
Nec mora, lethali transfixit viscera telo;  
Demisit charum protinus ille caput.

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Flent hedera & laurus PUERI viridianibus olim  
Cinxissent foliis tempora sacra suis.  
Pulpita vos LUDI testes. Industria VOBIS  
Illius fuerat namq; probata Satis.  
Vos LIBRI testes placiti; quos ille terebat  
Assidue volvens nocte dieq; manu.  
Vos calami testes; nivea quibus illita chartæ  
Scripta dabunt olim signa dolenda necis.

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Occidit ante diem, vix nona effluxerat æstas;  
Ante diem pietas florida raptæ fugit.  
Gaudia vana cadunt subito, miserosq; PARENTES  
Destituunt luctu consciuntq; gravi.  
Tu rabidos telis per sylvas sterne LEONES  
Agnello miti, mors fera, parce meo.  
In spinas sentesq; tuam nunc stringito falcem;  
Narciso & violæ, mors fera, parce meo.

Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Te moriente novo, puer obruor, optime, luctu,  
Gottfriedi subiit tristis imago mei.  
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;  
Ætate æquali, sedulitate pari.  
Jam simul insuetum miraris limen Olympi,  
Sub pedibus nubes aureaq; astra volant.  
Aurea Templa vides; solidi Tus fumat ab auro,  
Aurea tot gemmis mœnia structa vides.  
Justa dolens Gottfriedo, Elegeia, solve tenello;  
Socraticæ luge, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Jam tumulum facite & tumulo superaddite flores,  
Formosi pueri duret odore decus,  
Non APIUM busto det vulgus; at insita crescat  
Clarorum hic fama sacra dicata CEDRUS.  
Ante ergò calamis pereat nigra sepia doctis;  
Ante ignis cunctos urat in orbe libros;  
Quam nostro illius labantur pectore vultus,  
Ac fugiat seros posthuma fama VIROS.

Claude tuos questus, Elegeia, flebile carmen,  
Et tu Socraticæ, caste Cupido, Scholæ. &c.  
Nec Tu, mæste Pater, nimium indulgere dolori  
Pergito; sed lachrymis justum adhibeto modum.  
Adspice, ut incedat tua proles ardua cœlo?  
Flammigeræ ut turba mixta stet ante DEUM!  
In pace est factus locus, est habitatio pulchra  
Illius in Sion; florida fama viret.  
Rumpe tuos fletus; creberrima pectoris unda  
Rarescens cedat pondere victa suo.  
Sic quoq; rarescit violentior æris imber;  
De tectis tandem guttula parua cadit.

Vix foliis pendet teneris, vix heret in herbis;  
Siccatur tellus Sole, nitetq; polus.

Ita Adolescentulo ingenii speiq; florentissimæ,  
pietatis in DEUM & Parentes laudatissimæ, Pa-  
rentibus luctu liquefientibus amarissimo, atq; ideo  
afflictissimis compatiendo, collachrymando, me-  
dicas solatio guttas adspergendo justa solvit ex-  
tremo Vale litato

MELCHIOR SMOLIUS de Castrô  
Crucis Pastor Redzewicianus.

Felices nimium, quoq; terq; quaterq; beati  
Infantes subitò, quos MATRIS ab ubere raptos  
Auffert atra dies, & funere mergit acerbo!  
Tristia nam semper post funera in aetheris Aulâ  
Versantur nitidâ, peccati labe remotâ;  
Non ibi terrene degustant Tormina vita.  
Quid lugere igitur? Pavor aut cur occupat artus,  
CLARE VIR AÖNIDUM decus immortale SORORUM,  
Ante oculos chari quoniam flant funera NATI?  
Pone modum lacrimis! GODOFREDUM in sede beatâ  
Versari reputa, florent ubi gaudia, Livor  
Nullus ubi rodit crudeli murmure famam,  
Nec stimuli invidia mordent præstantia dona.  
Præterea GNATUM reddet, qui condidit IPSUM,  
AVGMINE DONORUM, formosâ luce vigentem,  
Ultima cum Tumulis, DENATI, SURGITE, clanget  
Buccina, post lacrumas melioris gaudia vita  
Æternum accipient, OVIBUS qua CHRISTE parâsti  
Sanguine purpureo. Letâ cum forte recepto

Tunc

Tunc ut JACOBUS JOSEPHO PIGNORE caro  
Gaudebis, nullus mœror tua pectora laderet.

Hanc Aram manialem pietate & moribus probatissimis  
ornatissimo Adolescentulo, cuius conversatio per hos  
annos Mihi, aliisq; bonis VIRIS accidit gratissima,  
honoris, amoris, memorie ergo posui Dn. M. Viebin-  
gii Compater, & Amicus Academicus in SALANÀ olim

JOHANNES ALBINUS Pastor Ecclesiae  
Grosgrabenæ & Malirßianæ in Ducatu Olsnicô.

AÖNIDUM PALMARE DECUS, TEMPLIq; SCHOLÆq;  
ANTISTES, lentò statnè dolore mori?

Quam potis est stimulus Mortis penetrare medullam,

Intima luctus edax viscera dente petit!

Infixus mæsto cordi dolor insidet altè,  
Nec facile ex animo tristitia ejicitur.

Acrior ast dolor est è PROLIS morte redundans;

Vis luctus storgas tollere nulla potest.

Inprimis nostris alimus tristissima venis

Vulnera, si GNATUS corruit ante diem,

Quem fervens pietatis amor commendat, & artes,

Ingenium præstans, sedulitatis opus.

Non ergo preclare PARENTS condemnno querelas,

Quas GNATI pariunt tristia fata Tui.

Degenerem GNATUM REX, quo non sanctior alter

Lugebat patrio captus amore nimis;

Quidn̄ deplores, GODOFREDUM corde paterno

Virtute ornatum, moribus ingenuis?

Nobile Pubis erat spectamen, viva PARENTUM

EFFIGIES, STIRPIS gloria, Luxq; SCHOLÆ.

Flos erat adspectu formosus, amœnior ortu;

Fragranti ast morum gratus odore magis;

PLANTA erat ad CHRISTI decus admirabile nata,

Divitis ingenii rore rigata SATIS.

Surculus

Surculus egregios spondens cum foenore fætus  
 Verè erat, OLIM arbor fertilitate tumens.  
 In PUERO HOC animus PATRIS & DOCTRINA vigebat;  
 HUNC vitâ innocuâ cura referre fuit.  
 Vix Juveni tentanda PUEB tentavit in arte,  
 Preripiens palmam sedulitate pigris.  
 Immori in Aonidum stabant sententia cœtu;  
 ILLI virtutes votum animusq; seqvi.  
 Sed prius hac ROSA quād maturuit, aruit una,  
 Succipiens adhuc tabuit ille vigor.  
 COR & AMOR PATRIS, & dilecta MATRIS OCELLE,  
 Tām subito extingui TE dolet orba DOMUS;  
 Exsequiasq; cani mandat Parnassia rupes;  
 TE juvenum luget Clasfis, & Ordo Senum.  
 Quād citò languentem SCHOLA TE videt artis ALUMNUM;  
 Tām properè INGENII vis labefacta Tui!  
 Nam DEUS, arbitrio iusto qui temperat Orbem,  
 Terrestri ex LUDO, TE, Tua Dona, vocat.  
 Ne sapuit, SCHOLA cū PARADISI nomine dicta, \*  
 Ovum vix ovo par magis esse potest.  
 Non secus ac habiti censurā EXAMINIS acri  
 DISCIPULOS gnavos altius ire juvat:  
 Sic Tyro hic frugi est evectus ad Ordinis alti  
 Sedem morte duce; ast cuncta probante Deo.  
 Providus INSPECTOR, sapiens RECTOR q; SCHOLARUM  
 Solus hic, ILLARUM nec prior Autor EO.  
 Hujus consilio primū nata est SCHOLA prima,  
 Cujus ad exemplar nostra regenda venit.  
 Hoc DOCTORE coli primum SAPIENTIA cepit,  
 Lingvas & artes novimus INDICE EO.  
 FORTUNATE PUEB PARADISI nobile germe;  
 TE nunc oblectant celsa Lycea poli.  
 Notitiam pravi rectiq; edocitus ad ungvem;  
 Nunc summi frueris cognitione BONI.

[\*Chrysostomus.  
 Si quis adhuc in  
 terris diei queat  
 Paradisus, nu-  
 quam profecto  
 est, & inventur  
 quād in Eccle-  
 siis & Scholis  
 benē moderatis]

Nunc aditus facilis patet ad penetralia docta;  
 Quæ TIBI clausa prius, nunc reserata via est.  
 Hec TIBI mæste PARENTS admant solatia luctum;  
 Te melior NATI forsq; dolore levet.  
 Hic quād difficile est varias ediscere lingvas!  
 Non cūvis artes veraq; nosse licet.  
 Quād durum, ramum torquere rigentem ad amussim,  
 Tām grave Discipulos excoluisse rudes!  
 Quanta molis adhuc effrenem flectere PUBEM  
 Expertus nosti; ME MEMINISSE piget!  
 Non opus in GNATI formando animo hocce labore;  
 Nec corruptela est submetuenda TIBI.  
 Perfecta & plena nunc Is sapientia abundat;  
 Tutus & à vitiis imbibit omne BONUM.  
 O dilecte DEO PUEB hac nunc sorte beatā  
 Gaudie; & ova ANGELICIS associate CHORIS.  
 Felix quem reddit divina oracula doctum,  
 Cujus seire nihil, quād sapere alta DEI! \* [Non a. in sensu  
 Nonii; sed in sensu  
 Festi & Quintiliani.]  
 ALIANENIA.\*  
 Das Schloß/die Stadt/und Land/die Kirch/und Schule flagen  
 Jetzt über grosses Leid/ und allgemeine Plagen/  
 Die Erone Ihres Hauptz/Ihr Vater der ist todt/  
 Ihr Pfleger/Rückenthalt/Ihr Schutz und Seul in noht.  
 Euch/werther Musen-Freund/trifft eigen Leid und schmerzen/  
 Noch über diesz darzu/das theil von eurem Herzen/  
 Des Alters trost/und Stab/die Sonn/und Augenlicht/  
 Die hoffnung/ freud und lust/Den Sohn Ihr sehet nicht.  
 Der Todt hat Ihn geraubt/ und Euch dadurch gesetzet  
 In schweres trauen/ja durch diesen Ries verlezet  
 Den ganzen Helicon, der Musen Hauf die Schul/  
 Den Ruffenthalt der Künft/der Tugend siez und stuel.  
 Die Pallas selbst darob Ihr flagen lässt hören/  
 Heist Ihr gelährtes Volk sein Lob und Preis vermehr'n.  
 Den

Des Todten Nahmen Sie ins Buch der Ewigkeit  
 Durch eigne Hand und Schrifft gar rühmlich einverleibt/  
 Mit schönen Blümlein und klugem Lohgetichte  
 Sein grab sie schmückt und zirt gleich einem hellen Lichte  
 Sein Leben wird dadurch. Der Todt und graue Zeit  
 Kan sein Gedächtniß nicht in die vergessenheit  
 Verlegen bey der Welt. Sein Nahm und Ehr erst blühet/  
 Wer also embßig sich im Leben hier bemühet  
 Durch Tugend/Kunst/und Fleiß zu brauchen wol der Zeit/  
 Der bleibt sicher schon vor aller sterbligkeit.  
 Im unfried schaut ich an die Welt/so muß ich lassen [Allusio ad No-  
 men Gottfriedi  
 Dieselb auch hinter mir/den Friede thut sie hassen. pié Denati]  
 Den rechten Fried hab ich gefunden nun bey Gott  
 Mit mir hat es numehr kein Angst/ gefahr/noch Noth.

### In lemma Symbolicum Ad-

olescentuli in Dominō mortui Olsnæ A.C. 1646.

### Gott Versorget Seine Schäfflein.

Gaudet ovis Pastore Deo, hoc curante benē ILLI est,  
 Hoc revocante juvat visere ovile poli.  
 Hoc volui Musā dictante memor DANIELIS [Nat. A. C.  
 GNATI, solamen scribere Utriq. dolens 1636 Denat.  
 CHRISTOPHORUS TITIUS Pastor in Wilckæ  
 Paschkerwiz qyondam Illustris Scholæ Patriæ Bern-  
 stadiensis per quadriennium Rector. A.C. 1639]

Currimus in stadio, metam properamus ad unam :  
 Tangit at hic citius, serius ille scopum.  
 Hic prius extremos, lustrat Garamantas & Indos,  
 Et subit ante viam mille pericla necis.  
 Ille bascas vibrat seuos comitando Nerones,  
 Urbes evertit, multa nefanda patrat.  
 Cogitur hic terra dulces mandare Parentes,  
 Orphanus heu bussum stat miser ante Patria.

Ille sed in gremio Matris, Sunemtidis instar  
 Unigena Nati, mortis acore perit.  
 Tu Godofrede cadas tenero sub flore juventæ,  
 Ante tui Patris, Matris & ora, cadis.  
 In te Spes unō stabat Godofrede Parentum:  
 Tu requies olim grata futura Patris.  
 Nunc ubi Spes & ubi RES? Quām puncto temperis, imo  
 Summa reponuntur, que viguere, loco.  
 Perce tuo cordi Viebingi gloria Phœbi,  
 Quem luges nitida vīpit in Arce poli.  
 Non cadit in misero bellō; non currit ad Indos,  
 Orphanus haut Patri tristia busta parat.  
 Est ubi latitiis arumnas mitior Eurus  
 Temperat, & bellum pace, salute necem.  
 Dum pia Fata volent Vibinge seqvemur Ovantes  
 In patriam partam sanguine CHRISTE tuō,  
 Qui metam citius tangit, felicior ille  
 In cœlo citius pulchra brabea capit.

BALTHASAR WEINBERGER Pastor  
ad Omnium Sanctorum.

E heu VIBIGII juvenilia stamina rupit,  
 Perfida, quæ nulli parcere Parca solet!  
 Eheu quod placidâ Lethe funesta juventâ  
 Nescit vel Pueris abstinuisse manus!  
 Quid Tibi nunc virtus, viridis quid profuit etas;  
 Quid pietatis honos Ingeniis vigor!  
 Sic cadas ante dies, & adhuc PLERILIBUS annis,  
 Nature pateris debita fata tue!  
 Scilicet urgebat prima Te culpa Parentis,  
 Que mala mala dedit non comedenda Viro.  
 Sed bene sic visum Superis, animillag, felix  
 Ad Genios, Christo sub duce, vecta sacros.

Gaudia nunc celebras felicia, gaudia nullis  
 Vel turbanda armis, vel temeranda dolis.  
 Quam bona, quam felix haec permutatio vita,  
 Gaudia nunc recipis calica pro lacrumis!  
 Parce igitur lacrumis, PATER, & spervice dolorem!  
 Amissus non est, missus ad astra Puer.  
 Si verbis CHRISTI, que sunt rata, credimus, in Nos  
     Nil mors, nil Demon juris & orcus habent.  
 Funus erit faenus, viteq; usura perennis:  
     Pars hominis melior regna superna petit.  
     Inter pios ita fletis oportet sincero  
         adfectu & animo

CHRISTOPHORUS BANNERUS  
 Pastor Glauchensis.

Ach Angst und scharfe Pein! Ach jammer / grosse Schmerzen  
 Durchdringen Mark und Bein/ zernagen Seel und Herzen/  
 Wann uns benommen wird was unser Freude war/  
 Was wir mit Lust geschn/ was uns die kummerjahr  
 Durchzuckert und verjagt ! So geht es hier auss Erden  
 Das man verliehren thut / und muß zum ersten werden  
     Ach unserm Sinn gerukt/ das/was uns lieb gewest/  
     Gleich wie die frühe Frucht zum ersten auch verwest!  
 Dip hat Herr Viebing wol unlengst auch recht erfahren/  
 Als sein einiger Sohn von noch sehr jungen Jahren  
     Vom Tode ward gefällt! Ach ein sehr liebes Kinde/  
     Dergleichen in der Schul man weit und breit nicht findet/  
 Weil schon sein zarter Geist mit Freuden angezeiget  
 Was er hett können sein/ wann er sich nicht geneiget/  
     Und sich gesellte hin ins kalte Todtenhaus/  
     Wann seines Lebens Uhr nicht wer gelauffen ans.  
 Verwundern muß man sich / das in Ihm schon geleuchtet  
 Wig/ Weisheit/ und verstandt / das sein Gehirn besuchtet

Mic

Mit schöner Gaben Zier/das Ihm schon Krafft und Saft.  
 Zur Weisheit und verstand die Musen eingeschafft.  
 Nicht wunder/weil er stets die Bücher hoch geachtet/  
 Und der Welt eitelkeit in seinem Sinn verachtet.  
 Das Buch war Ihm sehr lieb/das andre kränket sehr/  
 Da andre schlissen noch / da fast er manche Lehr.  
 War Er gleich bey der Lust/ war Er gleich aufspaziret /  
 So hat Er maß und Ziel in seinem Sinn geführet/  
     Und an das Buch gedacht. Dip thut ein hoher Geist/  
     Das er ohne Spornstich sich selbst zur Zugend weist.  
 Verwundern muß ich mich / das er sich fein zustellen  
 Gewüst / und war geschickt in all und jeden fällen.  
     Ich sahe meine Lust / als er vor kurzer Zeit  
     Mit zugesichtete kam/ mit grosser hößlichkeit /  
 Als Herr Hojerus mich bewirthet/und begabet  
 Mit gutter Speis und Trank/mit worten auch gelabet/  
     Und Er mir einen gruß von dem Herr Vater brachte  
     Mit solcher reverenz/das man es nicht gedacht/  
 Das wol auch manchen fehlt/der gleich ein Hoffmann bleibet/  
 Das ich auch sagte bald was hohes einverlebet  
     Ist diesem zarten Geist. Wer weiß ob jemals doch  
     Die Prophecy gefehlt wann Er soll leben noch?  
 Er hatte wahrlich auch wol entlich können singen  
     Bey der gelährten Schar auf des Parnassus spigen/  
     Da stets Apollo ist/und künstlich musicirt,  
     Auch seiner Leyer Elang gar lieblich intonirt.  
 Er hatte künstlich wol manch Liedlein können singen/  
     Und mit gelährtem Sinn gar tapfer darnach ringen  
     Das dann ins EhrenSchloß/sein grosse Ehrenthath  
     Auch sein treslicher Fleiß/und sein standhaftster rath  
 Verzeichnet worden wer. Er hatte können immer  
     Tragen sehr gute Frucht. Er hatte schönen Schimmer  
     Geben von Kunst und sieß. Dip alles ist verreist  
     Mit seiner Todesfart. Drumb wiederumb auch speist

E iii

Ein

Ein wolgeschärste Pein der Eltern Herz - gedanken/  
Die sie umsonst geführt/ und gehn im trauerschranken  
Das ihre Hoffnung liegt / das ihre Freud und trost  
Im tiefen Grabe ruht / so sie zuvor gekost.  
Doch wol und aber wol ist ihm gewiss geschehen  
Weil er entgangen auf der noth/ so er gesehen/  
Mit seiner augen Licht. Wer weiß was er vor streit/  
Was er vor angst und pein / was er vor trug und leide  
Noch hette müssen sehn/ Weil Mars das Zepter führet/  
Und noch mit grausamkeit in unserm Land regiret/  
Das auch der Musen Volk von ihm nicht wird verschont/  
Auch sonstens Ihme wol mit undank wird gelohnt?  
Denn niemand acht der Kunst/ die Bücher wil man hassen /  
Auch kein Mecenas ist der gern ein-wolte lassen  
In seine Huld und Gunst / den / der Fruchtbahre Lehr  
In seinem Sinne hält / der wol zu grosser Chr  
Ein andern führen kan. Drumb mancher sich gesellet  
Zur wüsten Brüderschafft / und sich auf noch hinstelle  
Zu ihrem Krieges-Fahn/ ja waget Leib und Blutt/  
Der von der Musen schar erlanget grosses Gutt/  
Thut auf verzweiflung Sich ganz und gar verschwoeren  
Der klingen treu zu sein/ und hilft hernach verheren  
Mit plündern und rauben der armen Leute gutt  
Das mancher nieder-fält auf ganz betrübtem mutt.  
Wer weiß was noch die Zeit auf ihm hett mögen machen/  
Ob ihn nicht falsche lehr in ihren schlimmen rachen  
Verschlungen hett' einmal/dieweil viel secten sind/  
Und falsche süsse wort verführen manches Kind?  
Wer weiß was arge Purzsch bey ihm hett mögen richten/  
Weil die Gesellschaft oft das gute thut vernichten/  
Und auff die Schlachtbank führt/der vor der frömste war  
Und auch gerechte Leut gelangen in gefahr?  
Wer weiß wie er sich noch hett heftig kränken müssen  
In diesem Stückwerk hier aus aller Musen flüssen

Und

Und doch der Künste Grund niemals erlanget gang/  
Weil noch dieselben nicht erlanget allen Glanz.  
Dann niemand kan alhier der Künste grund erlangen  
Das sie vollkommenlich gang herrlich solten prangen /  
Dieweil in der natur so viel verborgen steckt /  
Jemehr der Mensch nachstunt/ je mehr bleibe viel verdeckt.  
Es sey nu wie im woll/ dem Unheil ist entfloegen  
Gottfriedt das liebe Kind/ und an den Ort gezogen /  
Da rechter Frieden ist/ da rechte freude schwæbe/  
Da rechte Künste sind/ da rechte lehre lebt.  
Nun wol und aber wol ist ihm gewiss geschehen/  
Weil seinen guten Sinn die Welt nicht kan verdrehen.  
Hat Er gleich lirge Zeit gelebt in dieser Welt/  
Hat Er doch lang gelebt / weil Er was Gott gefelt/  
Verrichtet und gethan. Drumb Er das lange leben  
Erlangen und behält/ geneust die süssen Neben  
Der wahren seeligkeit. Dis man ihm gönnen sol.  
Gott helfs uns auch dahin/ da es geht immer wol!  
Zu lem Ehrengedächtniß des vielgeliebten verstorbenen  
Sohn eins Gottfried Bichings/ und zu trost und wolge-  
fallen denen hinterstelligen betrübten Eltern außgesetzet von

VENCESLAUS SMOLIUS

Dienet des Worts Gottes zur Brieße  
und Höningern.

## Ne vacuum in hac pagellâ oc-

curreteret, hanc p[ro]positio[n]em, qvæ vitæ curriculum piè finiens  
GOTOFRIEDUS ADOLESCENTULUS ob pietatem erga DEUM,  
diligentiam in studiis laudabilem, amorem erga choralem & figura-  
lem Musicam notabilem, COLLEGIO DOCENTIUM in SCHOLA  
Olšnicā gratissimus, PARENTIBUS charissimis valedicit, (qvæ ta-  
men res honori dignationiq[ue]; Auctoris Optimi Senis & Philologi  
fraudi nequaquam esto) precedentibus scriptis sub-  
jiciendam curavimus.

Xeipf. G.

**K**έιμεν οὐτοις θαλερόις νεανίσκοις ωδέχω,  
Αμπάνων μογερῆς μαλακὰ γῆς νόσοι,  
Ηδὲ ἐφίμη δέμας τόδε τάνη φαιδερόν δέρδε,  
Εἰσόκεν ἐκ γαῖας αὐτὸν παρεξώντας.  
Ψυχήν με τῷτον καὶ τῇ φερεῖ δίδωμι,  
Τὴν καλαπατουμένην αἴματί τοιούτην.  
Σὺ φρεθαλλες ἐμί τοδὲ διπλοὶ κηρὶ λύτρωσας ὀτλεψά.  
Τῷ δὲ συ μετο μόνον παρεφασίν τελέθεις.  
**P**ιετοί σοι ζωὴν ὅπῃ γῆς ἀναπήμονα λεῦσον,  
Ηελίοιο φάτο τοιούτον γλυκερόν.  
Οὐδενός οὐν διώματα πελέθειν ἄλλοιο λυτρῶσαι,  
Πλὴν σεο, τοιούτην ψυχήν εἶμι δέμασε μόνον.  
Εὔπε τοιούτην χερόν, σὺ κοιράνε χειρὶς πέδοντελζε.  
Εὖ διδας θανάτῳ πατεί βιότοιο χείνον.  
Εὔτε θέλεις, ἀνέγειρέ με, τοιούτην κάλεσον,  
Δός με πέλειν ἄμα τοιούτην κερδίνην καθαρεῖς.  
Τοῖς μετόχοις τῆς τοιούτης φερεῖς  
Καὶ πλυνθέγγισον κάρυα βλέπουσο πόλει.  
Νῦν ἔρρωθε τοκεῖς τῇ κεισὶ θεοῖο δοθέντες,  
Αμφαγαστῆς πάτερ, μῆτερ ἐμοῦτε φίλη.  
Οἵπνες ἐμπάζεις φέρειν ὅπῃ τύμβον ἐμεῖο,  
Ἐις ἐμὲ μειλιχίης ἐνεκα τῆς κάρυτο.  
Ηπιόθυμε πάτερ, ναΐσσε τερπίοντοι δὲ οὐράπε,  
Ημᾶς ἀλλήλες ὕραντοις δοῦσιν.

Paulus Poliogonius Riethnorthusanus

Turingus in illustri Olsnā Cantor, annum agens ætatis 72.

Cantoratus verò in hac unā & sola Urbc 42.

Περιθίκη ex Orest. Euripid. p. 210. Cont. 975. m.

Ιὼ, ιὼ, πανδάνην ἐφαιμέρων ἔθη  
Πολύπονα, λύσεθ' ὡς παρ' ἑλπίδα  
Μοῖρα βάίνει.

Βεγλῶν δὲ οὐ πᾶς ἀπάθητον ἀώρ.

F I N I S.